Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

inconspectu aduersariorum meorum negaudeat de me inimicus meus. ℣ Apprehende arma & scutum & exurge in adiutorium

ā Attendite a falsis prophetis In newangl. In dyegan

qui uenunt ad uos in uestimentis ouium intrinsecus

autem sunt lupi rapaces a fructib; eorum cognoscetis eos. Amen.

ā Non potest arbor bona fructus malos facere neq; arbor

mala fructus bonos facere. ā Non omnis q̃ dicit mihi dne dne

intrabit in regnum celorum. s; q̃ facit uoluntatem patris mei

q̃ in celis est ipse intrabit in regnum celorum. Amen. ā Si q̃s fuerit

uoluntatem patris mei ipse intrabit in regnum celorum.

ā Sapientia clamitat in platheis siquis De historia.

diligit sapientiam ad me declinet & eam inueniet & eam

diu inuenerit beatus est qui tenuerit eam. ā Sapientia

edificauit sibi domum excidit columnas septem subdidit

sibi gentes superborum & sublimium colla, pria uirtute calcauit.

ā Omnis a dno deo est & cum illo fuit semper & est ante eum aeternum.

ā Dns possedit me initio uiarum suarum antequam quicquam

faceret a principio nec dum erant abysi & ego parturiebar

quando preparabat celos aderam cum eo componens omnia.

ā Magna enim sunt iudicia tua dne & inenarrabilia uerba

magnificasti pplm tuum & benedixisti. Dom. xxiii.

Verba ecclesiastes filii dauid regis hierlm.

Vanitas uanitatum dixit ecclesiastes. uanitas

uanitatum & omnia uanitas. Quid habet amplius

homo de uniuerso labore suo quod laborat

sub sole. Generatio pterit & generatio ad

uenit tra uero in eternum stat. Oritur sol & occidit

& ad locum suum reuertitur. ibiq; renascens gyrat

per meridiem & flectitur ad aquilonem. lustrans u

niuersa in circuitu pergit spe & in circulos suos